

ferimus nocionem: Quod nos omnia bona domini Arnwidi dicti Skagha Hiis finibus & limitibus contenta in græsgahall. inde in Mioabæk. inde in mioamosa. Jnde in Wællandapit. Jnde in stukkasio. Jnde in Aghborrasio. Jnde in hornbita. et de inde per omnes limites inter finwidiam ad aquilonarem partem et Kind. -- Nec non et matris sue et fratris sui Gødstai Hiis limitibus distincta videlicet primo Jn Spadasio, inde in rythamosa. Jnde in ȳrtadal. Jnde in biornasio. Jnde in porsio. inde in brændamosa, Jnde in boda as. Jnde in Kroksioos. de inde in stæglu hult. Jnde in Arbygi. Jnde in rudubek. Jnde in gressga. Jnde in Stægluwik. de inde in gresga lida. Jnde in Skalludall. inde in haghasion & sic in græsga, a iuribus istis. videlicet Skoghaskyld. landskyld, & lagmanskyld, libera in perpetuum penitus redditus & exempta. Constare etiam uolentes quod dictus. A. possessiones suas dictas Holmstenthorp, Juri et possessionibus nostris, in hujus indulgentie uicissitudinem deputauerat in posterum perpetuo possidendas, Presentibus litteris similiter hoc duximus protestandum. Jpsasque ad premissorum Omnium noticiam & memoriam pleniorum, sigillo nostro & sigillis dilecte vxoris & fratrum nostrorum dilectorum domini. M. ducis & domicelli. E. nec non & domini. A. legiferi Wæsgotorum & domini. G. Arnwidi filii, fecimus sigillari. Datum anno domini. M°.CC°.LXX°. V:ta feria Septimana Pasche.

Sigillen N:o 1, 3, 4 bortfallne, N:o 2, 6 mycket skadade, N:o 5 oskadadt.

544.

1270 d. 19 Maj.

HARALD GUDMUNDSSONS gåfvobref på gårdarne Wrek och Hammar jemte kyrkoskrud till Saba kloster.

A. 3. h. 2: 3.

Uniuersis christi fidelibus presentes litteras uisuris uel auditoris Haraldus Gudmundi quondam filius salutem in virginis filio ihesu christo. Ne mortalium gesta peruersorum cauillationibus processu temporum ualeant uacillare. litterarum solent testimonio pluries communij. Nouerint igitur presentes ac posterj quod ego. H. ad laudem dei omnipotentis & sue gloriose matris mihi autem in remissionem peccatorum & ad spem uite eterne. de bonis mihi a deo collatis duas mansiones. Wræch. videlicet & Hamar monasterio jn saba confero monachorum. Jsta tamen condicione quod nec isti abbati qui nunc est. nec eius successoribus eas quacumque ex causa aliquatenus uendere liceat. set altera illarum scilicet wrech. structure ecclesie & honorj sit deputata. altera uero videlicet hamar usuj conuentus & sustentacionj deseruiat. seculorum tempore jn perhennj. Predicto eciam monasterio omnia ornamenta vnjus altaris & jndumenta sacerdotalia. nec non & argentum ad duas ampullas confero. vnum quoque baldikynum & unum examitum

ad dalmaticam & subtile eisdem monachis. que omnia nulli eciam abbatum uendere liceat. sed sint ad decorem & ornatum ecclesie & ministrorum eius in meorum remissionem peccatorum. Preterea memorate abbacie confert predilecta vxor mea. C. vnum calicem de bonis suis propriis. sibi & mihi in remissionem peccaminum in presenti & ad augmentum glorie in futuro. Heredibus autem nostris notifico per presentes quod pro debitis quibus obligatus fui thydrico ruffo. solui curiam in arusia cristine uxoris mee predilecte. Rogans eos firmiter consulendo Quatinus omnia que inter me & eam stabilita sunt sibi in restauracionem pro prenominata curia firmiter obseruentur. Alioquin ipsa quod suum est ab ipsis repetens. eos ad solucionem predictorum obligat debitorum. Vt igitur presens scriptum uigorem optineat firmitatis. & seriem representet ueritatis illud feci sigillo meo proprio firmiter roborarj. Datum anno dominj M°.CC°.LXX°. XIII°. Kal. junij.

Sigillet skadadt.

545.

1270 d. 26 Jun.

Husby Trögd.

Biskoparnas i Strengnäs, Westerås och Åbo Aflatsbref för Upsala Dom-kyrka.

A. 3. a. 2: 9.

Vniuersis christi fidelibus quibus presens littera innotuerit. F. strenge-  
nensis. K. arosiensis. & K. abonensis Episcopi. salutem in omnium saluatore.  
Quoniam ut ait apostolus. &c. *lika med N:o 275 till* Cupientes igitur ut mater  
nostra vpsalensis ecclesia congruis fidelium deuocionibus frequentetur omni-  
bus penitentibus & contritis. ibidem in festo beati laurencii aduenientibus qui-  
libet nostrum. XL:a dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.  
Datum husaby trøg. Anno domini. M°.CC°.LXX°. In die beatorum johannis  
& pauli.

Sigillen: N:o 1—3 skadade.

546.

1270 d. 22 Sept.

Söderköping.

Konung WALDEMARS Bref om Upsala Domkyrkas flytning.

A. 3. a. 1: 8.

In nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Nos waldemarus  
Dei gracia Rex sweorum Cum essemus apud sudercopiam constituti, euoca-  
tis illic ad nos Maioribus ecclesiarum prelati ac nobilioribus regni princi-  
pibus, tractatum diligentem habuimus super statu & promocione ecclesie vp-